Welches letztere sich nun aus den Acten zeiget, daß sogar auch die Impetrantin in ihrem pro exoneranda conscientia übernommenen Beweise gegen sich bewiesen, also darüber ob sie nicht den Vergleich eingegangen, wie schon vorher berühret, zum Eyde nicht mehr zugelassen werden kan;

Unde Sent. d. 27. Martii 1753. Oldenburg in Cancellaria publicata.

In Sachen Johann Peter Dreyers Wittwe, Supplicantin, an einem, entgegen den Kriegs-Rath Kruus und Consorten in Actis benannt, Supplicien nun Impetraten; am andern Theile, erkennen Königl. Dämmersmarkische zur Regierung in den Graffschafften Oldenburg und Dellmenhorst verordnete ic. ic. auf eingeholten Rath auswärtiger Rechtsgelehrten vor Recht: Nunmehr aus den Acten so viel zu befinden, daß es des zugeschobenen Eydes nicht bedürfe, dessen Abstattung vielmehr irrelevant, mithin es bey dem getroffenen Vergleich schlechterdings zu lassen, und solcher von der Impetrantin zu erfüllen sey; doch werden die bisher zu beyden Theilen aufgewendete Kosten billig gegen einander verglichen V. R. W.

Quæ Sententia in Camera Imp. Mense April 1761. confirmata, potissimum ex ratione: daß in dem Vergleich die Worte enthalten, aus besonderer Achtung für ihres seel. Mannes Verwandte, welche genug, die Verbindlichkeit des Vergleichs zu erkennen.

OBSER-

Ita in causa des Kriegs-Rath's und Prov. Commiss. Kruus contra Peter Dreyers Wittwe Hallenses:

Wenn Impetratin aus freiem Willen sich erbotten haben sollte, denen Impetranten, anstatt der von ihrem Ehemann und Erbläser denenselben vermachten 400. Rthlr., als ein Geschenk, 3000. Rthlr. zuzuwenden, so wäre der Fall vorhanden, da ein Vergleich in vim pacti seine ohngezweifelte Gültigkeit hat. Worüber Impetranten der Impetratin das Gewissen gerühret, und sich auf die Wahrheit ihres Vorgebens so gewiß verlassen, daß sie ihr gewonnenes Spiel gegeben, falls sie den ihr deferirten Eyd abschwören könnte, folglich ist die Sache durch die gebrauchte Eydes-Delation in den Stand gerathen, daß es nicht mehr darauf ankommt, ob zur Zeit des getroffenen Vergleichs der Impetratin Erb-Recht zweifelhaft gewesen? sondern ob sie aus freiem Willen denen Impetranten von ihres Mannes Nachlaß 3000. Rthl. zu geben, sich erboten habe? worüber sie allerdings ihr Gewissen zu eröfnen, oder den Eyd denen Impetranten zu referiren verbunden ist, in Betracht der Einwand, daß ex enormissima læsione der dolus præsumiret werden müsse, und deswillen keine Achtung verdienet, weil eines Theils aus denen Rechten bekannt, quod dolus nunquam præsumatur.

L. 51. D. pro Soc.

Klock de Contrib. c. 19. n. 665. seq.
sed perspicuis indiciis probandus sit.

L. 6. C. de dolo mal:

L. 18. §. 1. D. de prob.

L. 10. C. de rescind. vend.

andern Theils vergeblich ist, auf eine Verkürzung über die Helfte sich zu befragen, wenn dargethan werden kan, daß das verglichene Quantum als ein Geschenke angesehen worden. Inzwischen aber wird doch erforderet, daß derjenige, welcher sich zum Vergleich verstehet, und was er zu bezahlen angelobet, ein Geschenke nennet, solches aus freiem Willen gethan, und der andere Theil nicht durch Bedrohungen und gebrauchte Gefährde ihn zu dem gethanen Geständniß bewogen habe. Worab ohnstreitig folget, daß, dasfern auch Impetratin einräumen solte, daß sie die 3000. Rthlr. ein Geschenke benenne, doch es darauf ankommen würde, ob nicht Impetrantin dieselbe durch die Bedrohung, daß, im Fall sie sich nicht vergleichen wolte, es ihr gereuen, und alles, was sie hätte, confiscirt werden solte, weil ihr Mann bey der Kopfschätz-Commission keine richtige Angabe gemacht hätte, dahin gebracht, daß sie unter dem Mahnen eines Geschenkes sich zu denen 3000. Rthlr. verstanden, anerwogen sodann die Ursache, welche die Impetrata-

90 Observat. DCXIV. *Revisio admitti nequit*, qui interposita &c.

OBSERVATIO DCXIV.

Revisio admitti nequit, que interposita ab Examine testis, ob senium admissio.

Causam quæ dilationem vel moram non admittit in appellabilem esse, expediti juris est (a)

Quin vero Examen testium ob senium sanciendum dilationem vel moram non ferat, dubio caret.

Quemadmodum igitur Causa in appellabilis, irrevisibilis est, per notoria juris; ita quoque admissio istiusmodi Examinis testium irrevisibilis est; eoque minus a Camera Imp. Revisio admitti potest, quo certius eadem in materialia Causæ inquirere, & ex qualitate Causæ, Revisioni locum denegare potest (b).

Nec obstat Mevii Decisio XLIX. P. I. a Decreta Commissione ad perpetuam rei memoriam quando appellare liceat.

Ea omnia sic se habuere in hoc casu, quibus præsuppositis Appellationi locum non esse, ipsi Mevio dubio carere vitum. Periculum in mora; ne Pars probatione privetur, ipse Mevius non supponit, quando Appellationem admittit.

Hinc Sent. d. 8. May publ.

In entschiedener Sachen Spiegel Pickelheimer Feudal- und Stanimis-
Erben zu Borlinghausen, und Wittib Spiegel daselbst, verheiratheter von
Amelunxen, jezo dero selben Allodial Erben, wider Fürstlich-Weckliches
Hofgericht zu Paderborn, und Curatorem des Borlinghausischen Præten-
denter Henrich, modo ihn selbst, und Annen Marien Homissin Appella-
tionis, nunc implorationis pro restitutione in integrum advertus Senten-
tiam 17. Julii 1756. publicatam præviâ saltē decernenda Commissione ad
examinandum testes, nec non augmento alimentorum:

Ist die durch Notarium Zuditsh interponirte Revision, als ohnstatte-
haft nicht angenommen, sondern auf dieses Kaiserl. Cammer-Gerichts-Ad-
vocaten und Procuratoren Dr. Scheurer, und Lt. Weylach, um die ¹⁰² denominirte Zeugen, jedoch dermalen ausschließlich Johann Henrich Reffers,
und Martin Vahlen, auf die formirte Articulos sowohl, als additionales, und
von dem productischen Theil zu übergebende Interrogatoria, Exceptioni-
bus

(a) Conf. eccl. Pütteri consp. (b) Hor. subl. P. I. Comment.

OBSERVATIO DCXIII.

Dos ex feudo non debetur, si allodium sufficiens relictum, et si fœmina, in possessione vel quasi eam e bonis percipiendi fuisset.

Quemadmodum si Successor feudalis non simul est hæres allodialis, sed alii hæreditatem allodialem acquirunt: Si separationem feudi ab allodium quam maxime urgunt, teste celeb. IHRINGK (a); ita & rationis est, eandem Successorem feudalem urgere, si e bonis hactenus conjunctis & veluti confusis fœminæ dotes receperint. Sicque in possessione vel quasi easdem e bonis percipiendi fuissent (b).

Ita quoque decreta in Causa v. Seckendorff Citatione ad videndum se manuteneri in possessione vel quasi percipiendi pecunias e bonis quæstionis debitas, atque ita resp. immitti, & condemnari in damma & interesse a tempore moræ, Referens Judicialis censuit:

Es komme in dieser Sache bloß auf die Questionem an, ob ein Dos ex feudo, wenn ein grosses Allodium vorhanden, bezahlet werden müsse?

Da nun diese Quæstio Juris bekanntermassen von allen Feudistern negiret würde, und beklagter Seit sattsam beschienen, auch ex Actis v. Börstel, contra v. Seckendorff genug bekannt seyn, daß von dem Haupt-Schuldnner, dem Cammerherrn Marckschalck von Ebenet, ein Allodial-Vermögen von mehr als 40. tausend Gulden verlassen worden, so folge die Absolutoria und resp. Verweisung der Klägerin an den Herrn Börstel von selbsten, Causa itaque in Contumaciam pro conclusa habenda absolveret Dominæ rex hæredes ab Actione cum expensis: Unde

Sent. Mensis Febr. 1744. publ.

In Sachen Dorotheen Wilhelminen von Seidlisz, jezo verheuratheter Winterin von Güldenborn Klägerin an einem wider weyl. Fridericen Wilhelminen von Seckendorff jezo deren Erben Beklagte am anderen Theil Citationis ad videndum se manuteneri in possessione vel quasi percipiendi pecunias e bonis quæstionis debitas, atque ita respective immitti, & condemnari in Damna, & interesse à tempore moræ: Ist die Sache in Contumaciam für beschlossen angenommen, darauf allem An- und Vorbringen nach zurecht erkannt, daß Beklagte von der wider sie angestellte Klage zu absolviren, und entledigen, und Klägerin mit ihren eingeklagten Forderungen an den Marschalck Ebenetischen nunmehrigen Allodial Erben von Börstel zu weisen seye: Als wir hiemit absolviren, entledigen, und weisen; Klägerin in die an diesem Kaiserl. Cammergericht derentwegen aufgelöfene Kosten denen Beklagten nach rechtlicher Ermäßigung zu entrichten fällig ertheitend.

Tam. IIId pars secunda.

M

OBSER.

(a) In Diss. de Modo comput. fruct. in separat. feud. ab Allod. p. 13.

(b) Conf. C. C. Hoffmann de Separat. Feud. ab Allod.

92 Observat. DCXV. An verba recommendiren, Bitten, in Jure &c.

nis Ecclesiasticis mediatis dicto Anno dieque plene vel ex parte possessis, jura præsentandi; visitandi, inspectionis habuerunt, jura ista illis sarta lectaque maneant, retineant que exercitum Religionis etiam in posterum una cum annexis, cuiusmodi habentur institutio Consistoriorum, Ministeriorum, tam Scholasticorum quam Ecclesiasticorum, Jus patronatus, aliaque, similia jura, inter quæ jus nominandi absque dubio referendum est, cum sit pars, ceu annexum Juris patronatus.

§. 3.

Nunc videndum est an Domus Rhingravica jus hoc nominandi Abbatissæ quondam in Leonis Ponte in Feudum à Patrono concessum præscriptione vel alio titulo acquisiverit, nec ne?

In confessu erat, & ex parte Actoris Abbatis Maximini non negabatur, quod Dna. Abbatissa hocce jure nunquam post tempora saluberrimæ reformationis fuerit usæ, e contra in aprico positum erat, quod post ultimam nominationem dictæ Abbatissæ anno 1564. factam, Dominus Rhingravius Kyrburgensis jam anno 1578. jus nominationis exercuerit.

Aliud Exemplum de Anno 1592. allegabatur in Iodoco Melandro: Item de anno 1600. in Johanne Schickerio.

Et quamvis Abbas tunc temporis Reinerus ultimo nominato, quia professionem fidei secundum veterem observantiam catholicam præstare recusavit, præsentationem suam denegaverit, acquievit tamen, und hat die Sache des Herrn Grafen Disposition, so lang es dem Allmächtigen belieben würde, heimgestellet, und es darbey beruhen lassen.

Non tam difficilis deinceps fuit Dominus Abbas Cœnobii Maximini Anno 1619. in Balthasare Steinbach cum nominatum hunc pastorem a Domino Rhingravio acceptaverit, dem Begehr Folge gethan, ic.

§. 4.

Ab negabat equidem Actor, quod post hujus mortem Andreas Klugelius in pastorem ecclesiæ Thalfang à Domino Rhingravio Kürburgensi constitutus, ibidemque usque ad annum 1649. commoratus fuerit.

Ast aliam pastorem intra hoc spatium 15. annorum indicare noluit, & documenta producta probabant, contrarium, prout etiam ex Actis punto Juris decimandi uniuersalis clare constabat, quod hic Andreas Klugelius dicto tempore pastor fuerit Ecclesiæ Thalfangensis.

Ulterius

§. 5.

Ulterius Exemplum adducebatur, ubi Dominus Abbas Agritius Dominus Rhingravio Johanni Friderico Kyrburgensi occasione nominationis Johannis Michaelis Pfeifferi respondit 11. Jun. 1650.

„ belangend den Pfarrer, da selbiger sich präsentiret, soll gleichmäßig geschehen, was im üblichen Brauch, und von Alters gewöhnlich.

eidemque Nov. d. a. Patentes eum in finem concessit.

Sed aliæ adhuc Patentes Christophori Schuart de anno 1656. & Magni Mühlhusi de anno 1657. ex parte Dn. Rhingravii Kyrburgensis nominatorum ab ipsis actoribus productæ erant.

Volebat equidem Cœnobium St. Maximini ex hisce patentibus, iis que in fertis verbis:

„ *ad recommendationem & testimonium in Scriptis Dni. Rhingravii &c.* eruere, quod, cum cuilibet liceat, hanc vel illam personam recommendare, & hinc in mero stet arbitrio ejus, cui fit talis recommendatio, an ei annuere velit nec ne, D. Rhingravius nullum exinde jus nominandi statuere posset, quia commendationis verbo nihil aliud contineretur, quam ut is cuiquis commendatur humanitatis & benevolentiae officia commendato præstet, eumque adjuvet, sed citra damnum & jacturam rei familiaris (d): & quia quæ tantum jure familiaritatis fiunt, semper, revocari & omitti possent (e).

Ast bene notandum est, quod cum collatio Patroni Maximini non aliter quam Secundum observantiam dem Herkommen gemäß, fuerit petititia, verbo allegata eo minus juri Nominationis Rhingravico aliquid præjudicij inferri potuerit, quo clarius constabat confessio Domini Abbatis Maximini paucos ante annos, videlicet anno 1650. in literis responsoriis ad D. Rhingravium 11. Jun. d. a. data:

„ Belangend den Pfarrer, da selbiger sich präsentiret, soll gleichmäßig geschehen, was im üblichen Brauch und von Alters gewöhnlich.

Quæ verba non aliter intelligi possunt, quam quod Dn. Abbas collationem parochiæ nominato Rhingravico denegare haud possit, si eum in finem rogaretur secundum hactenus usitatam observantiam.

(d) Finkelthaus obs. 16, N. 1. 2. & 3. (e) L. 41. ff. de a. vel. O. P. L. 15. §. 2. ff. de Precar.

§. 6.

Formula hæc, maxime in laico adeo usitata est, ut ipsa Abbatissa in Leonis Ponte eâ in suis Literis nominationis usa fuerit anno 1515. & 1531. verbis:

„rogantes una cum & pro jam nominato nostro præsentato,
„quatenus eundem ad Ecclesiam in Thalfang parochialem ad-
mittere, instituere, & investire &c. dignemini.

Taceo, quod verbum Commendare, vel recommendare multoties denotet ipsum jus præsentandi & conferendi vel nominandi (f) & in sensu ecclesiastico idem denotet vel significet nominare Candidatum (g) maxime si termino hoc utatur Episcopus, vel Dominus territorialis erga Patronum (h).

De LUDWIG rationem juris nominandi a patronatu distinctam solidis argumentis demonstrat, & probat, quod Commendatio parochi ab evangelico facta, jure obliget patronum catholicum ad præsentandum nonnisi eum qui ipsi ita commendatus, allegans in §. 2, verba variarum Literarum commendatitarum scriptarum formulas, quæ literis nominationum Rhingravicularum conformes sunt, cum responsoriis Patroni Catholicæ & vocatione commendati, seu nominati. Et dicit HENNIGES, clare distinguens Jus præsentandi a jure nominandi. Præsentare dicuntur proprie, qui Jus Patronatus habent, nominare vero qui Jure præsentandi destituuntur.

§. 7.

Alias literis nominationis Rhingravicae conformes formulas afferebat Dominus Reus: ubi Domus Leiningensis vicina cum Capitulo Catholicæ Wormatiensi transactionem super jure nominationis iniit, eamque in Cam. Imp. confirmari fecit, secundum quam Capitulum, ut Patronus Ecclesiæ in Guntersblum: Das von dem Gräflichen Haß Falckenburg in Vorschlag bringend, und recommendirte Subjectum zur Guntersblumer Pfarrer præsentare promisit, cui Capitulo etiam Domus Leiningensis in Grünstatt anno 1703. pastorem nominavit verbis

De meliori hierzu recommendiren wollen: cui dictum Capitulum confirmationem suam dedit

In

(f) Vid. Baluzz. in Capitular. L. V. l. 149. p. 253. Conf. Confil. Hallens. Tom. I. Conf. 71. N. 26. seqq. (g) Schilter ad Jus Canon. Lib. I. Tit. 14. §. 9. & 10.

(h) Vid. de Ludwig in opusc. Miscellan Tom. II. Lib. III. opusc. II. vom Vorschlagungsschreit, Cap. III. §. II. & c. 5. (i) In Medit. ad Instr. P. Art. VII. §. 1. Lit. p.

In conformitatem hujus observantiae centum & quod excurrit, annis, non interrupte nominavit anno 1696. Domus Rhingravica Joannem Paulum Schneider, quem Abbas iterum confirmavit, nihilque aliud à Domino Rhingravio Grumbacensi desideravit, quam testimonium inscriptis wegen seines Wohlverhaltens.

§. 8.

Majori quidem Civilitate occasione hujus nominati scripsit Dominus Rhingravius ad Dominum Abbatem verbis:

Er ersuchte ihn als Collatorem, demselben die Pfarr vor andern zu conferiren, und zweifte er nicht, der Herr Abt werde sein Besuch statt finden lassen, und denen Unterthanen gratificiren, ex quibus verbis Cœnobium Maximini suam intentionem ratione precarii, vel quod in Abbatis arbitrio fuerit rogationi Domini Rhingravii deferre, nec ne, clare patescere contendit;

Nec negandum est, verba: Vor andern ejus intentioni patrocinari, nam si in meo stet arbitrio, huic vel illi præ aliis aliquid concedere, nemo me obligare potest, ut huic vel illi mihi recommendato beneficium conferam.

Si vero cum supra allegato ENGEL in manual. paroch. statuendum, quod patronus jus habeat contradicendi, si nominatus sit minus ei gratus, non videndum, Rhingravium per verba allegata juri nominandi aliquid derogasse, und es ist sehr wahrscheinlich, daß, da denen z. Rheingräflichen Häusern das Jus nominandi zugestanden, und sie sich wegen der Kyrburgischen Succession noch nicht getheilt gehabt, der Herr Abt aber nur von dem Herrn Rheingraffen zu Grumbach allein ein testimonium verlanget, dieser Jhn ersucht, dem Pfarrer Schneider vor andern etwa nominirten die Pfarr zu conferiren.

Accedebat, quod dictus Dn. Rhingravius tunc temporis plenariam juris denominandi notitiam ob defectum archivi Kyrburgensis nondum habuerit.

§. 9.

Quicquid tamen sit, constabat, de nominatione Rhingravica & quod Dn. Abbas ad concedendam suam Confirmationem, vel præsentationem, nil nisi testimonium inscriptis pro nominato pastore desideraverit, eamque qualibuscunque verbis ea propter, fuerit rogatus.

Vero simile quidem videtur, Dn. Abbatem hisce Litteris abuti voluisse, & Abbatissæ ad St. Annam Treviris nominationem pastoris de-

96 Observat. DCXV. An verba recommendiren, Bitten, in Jure &c.

nuo attribuere studuisse, cum anno mox seculo nempe 1699. nominato à Dno Rhingravio pastori Appario præsentationem suam non Concessit, sed quia jus nominandi dictæ abbatisse competeteret, eam alii, Joannii nempe Nicolao Faustio, dederit.

Ast constabat etiam exactis quod hicce præsentatus à domo Rhingravica non fuerit acceptatus, maxime ex ea ratione quod Abbatissæ ad St. Annam Treviris non Competat jus nominandi, sed Domus Rhingravica a tempore Reformationis in ejus possessione esset.

Illico etiam non solum Dnus Rhingravius Grumbacensis contra hanc nominationem fuit protestatus, sed & cæteri Dni Rhingravii Catholice Religionis jus hoc nominandi domui Rhingravicæ competere in representatione sustinuerunt.

Hinc cum deducta confirment BOEHMER (k) & Ach. BECK (l) atque duæ ultimæ nominationes dem Herkommen gemäß a Dno reo fuerint factæ, ab actore quoque acceptatae. In acquisto post tempora Reformationis hocce jure nominandi, Dominum reum manutenendum, & mandatum emanatum cassandum esse, Domini censuerunt, compensatis tamen expensis:

Sententia 19 Maij 1747. publicata.

In Sachen Abbt's Priors und Convent des Stifts St. Maximin bey Trier Klägern an einem, wieder Herrn Carl Walradt Wilhelm, Wild- und Rhein-Graffen zu Grumbach, Beklagten am andern, so dann die übrige Herrn Wild- und Rhein-Graffen, in Actis benannt, Intervenienten am Dritten Theil, Mandati de non amplius turbando in possessione vel quasi juris Patronatus, nec impediendo, nec provisum Parochium in exercitio actuū parochialium ac defrustratione prædiorum, & perceptione jurium & reddituum haftenus ad parochiam pertinentium, eidemquem consuetam introductionem non amplius denegando, refundendoque tam eidem, quam Imperiali Abbatiae St. Maximini omne damnum datum cum expensis C. C. Ist allein an- und vorbringen nach zu recht erkannt, daß das ausgegangene verkünd- und reproducirte Mandatum zu Cassire, und Herr Beklagter bey dem Besitz des Benennungs-Recht eines Pfarrers Augustana Confessionis in der Mark Talfang zu manuteniren, und zu handhaben seye, als Wir hiermit cassire, manutenire, und handhaben, die an diesem Kaysserlichen Cammer-Gericht derentwegen aufgelauffene Kosten aus bewegen- der Ursachen gegen einander Compensirend und vergleichend.

OBSER-

-(k) Jure Eccl. T. 3. L. 3. Tit 38. §. 66. (l) Diss. de eo quod justum est circa commendat, §. 38.

OBSERVATIO DCXVI.

Si emanata ordinatione pro Gravaminibus tollendis, Judex a quo eadem tollere renuit, exhibendo mediantibus literis informatorialibus remonstrationem, Processus Appellationis ad Supplicam Appellationis pro ulteriori ordinatione ad satis faciendum priori, vel in eventum namc pure decernendis processibus, vel decernendi, vel si causa connexa jam in Judicio pendet, Supplica ad hanc causam inter easdem, ad judicium remitti potest, dando remissorium ad literas informatorias Judicis, Supplicamque partis Appellantæ, si quam forsitan simul exhibuerit.

De istiusmodi Ordinatione latius egi in Præfat. cum Weßlarischen Prædicantem. Certe pro decisione Causæ eadem habenda non est, sed saltem pro admonitione, quod Gravamina aperta videantur.

Si itaque Judex a quo & Pars appellata ordinationi satisfacere detrent, causales allegare non prohibentur; iisdem vero major effectus tribui nequit, quam quod casus dubius fiat.

In dubio igitur Processus App. decernendi sunt. At enimvero hominum expeditio interdum immodicos requirit sumptus, a quibus immunes præstare matrem & pupilos inter se litigantes, consultius est.

Si igitur causa Appellationis primæ jam in lite pendet, cum quæ nova connexa; Supplica Appellantis nova una cum priori pro Processibus & ordinatione inscripta ad judicium remittenda, dando remissorium ad Lit. Inform. & Supplicam partis appellantæ, quo easdem in Judicio producere possit: nisi forsitan amicabiliter causas componere malit, quem in finem simul Ordinationes istius modi decerni solent. Ita censuere Domini, in causa Ruprechtin contra liberorum suorum Curatores d. 8. Iunii 1761.

OBSERVATIO DCXVII.

Leges pendente lite latæ, sententiae publicatae ad effectum impediendi executionem, opponi nequeunt.

Istiusmodi Leges retro non operari, per se patet. Quod si etiam quid operarentur, per Remedia Juris tamen opponendæ fuissent.

Tan. 11^{di} pars secunda.

N

Quod-

98 Observat. DCXVIII. Ademtio Legati supponit in Testatore &c.

Quodsi non factum, effluxo velut quadriennio, Remedio Restit. J. J. præfixo, istiusmodi leges opponendo, nil quam rei, judicatae elu-
sio intenditur.

Ac proin iis rejectis tanquam frivolis, emanatis jam Mandato de exequen-
do & paritoria ad idem, Mandatum ulterius de exequendo decerni potest, si-
cuit in causa Horn contra Stuven d. 8. Junii 1761. Conf. Obs. J. u. XI.)

OBSERVATIO DCXVIII.

Ademtio Legati supponit in Testatore motivum posterius, priori, ex
quo Legatum relictum, contrarium.

§. 1.

Supponit certe ademtio legati in Testatore voluntatem posteriorem
priori contrarium, consequenter etiam motivum priori contrarium.

Tale cum in causa Gerardi contra Turcati censeri non potuerit, instictus antidoralis in Testatore erga maritum: siquidem cum conju-
ctione sanguinis, a qua motivum uxori legatum relinquendi testator desum-
fit, optime una subfistere potest; ad Reformatoriam proprio jure con-
clusum. Actionis nimirum genus, quod attinet, ex Actis patebat, le-
gatarium Pietra Plana Legatum per testatorem Turcati in testamento
suo relictum petisse: recepti autem Juris est, Legatario triplicem actio-
nem, scilicet rei vindicationem cum dominio rei legatae a defuncto ad
Legatarium transeuntem, (a) Actionem hypothecariam in tacita Lega-
tarium Hypotheca radicatam, (b) ac tandem actionem personalem ex te-
stamento, per hæredis aditionem tanquam ex quasi contractu ortam
(c), competere.

At verò hic nec de intentata actione, nec de ejus Probatione quæ-
stio erat, quoniam nec relictum Legatum negabatur, nec ejus solutio
in controversiam veniebat, sed cardo rei in eo versabatur, an Testator per
ultimum legatum in codicillo relictum primum seu testamentarium Legatum
ita revocaverit, ut jam testamentarium Legatum penitus abolitum
esset, an vero secundum & codicillare Legatum ita comparatum sit,
ut ex ejus natura abolitio primi, & testamentarii non resulset, sive
utrumque testamentarium scilicet æque, ac codicillare à Legatario peti
possit.

§. 2.

(a) L. 80. ff. de Legatis 2do L. 64. ff. in fine de furtis. (b) L. 8. Cod. Communia
de Legatis. (c) L. 1. §. 1. ff. quando dies Legati cedat.

§. 2.

Quóniam in ultimis voluntatibus omnium unice de interpretanda mente Testatoris agitur, ac in ea ut plurimum ipsa testantis verba consideranda veniunt, ipse Legatorum tenor inspiciendus.

Primum seu testamentarium Legatum ex Idiomate Italico in Latinum de verbo ad verbum translatum ita se habet:

„Item relinqu Rhenenses mille & quingentos de thronis (thronus „moneta italica valoris circiter 14. kr. quatuor & dimidio) dominæ „Margarittæ Nepoti meæ ex fratre defuncto, Uxori domini Joannis „Gerhardi de Pietra Plana, in qua tamen summa comprehensos esse vo- „lo Rhenenses 150. Salvo &c. cum incursis, quos defunctus Joannes „Franciscus Turcati meus ex fratre Nepos eidem Margarittæ sorori do- „navit, sive in causam augmenti dotalis solvere promisit, ita & taliter, „ut ejus modi Summæ Compensatione per Legatarium facienda id debi- „tum extinctum remaneat, non secus, ac si ære meo solutum foret, & „hoc pro una vice tantum. Insuper jubeo & volo, quod dictus Dnus „Maritus Joannes possit, & valeat Summa hac legata uti & frui ita tamen, „ut cautionem præstet super omnibus bonis suis, tum quod solutio fieri „debeat intra annum sesqui alterum partim in pecunia, quatenus ex- „stet detracto usu mihi necessario, partim sive reliquum in tot apochis „debitorum ab eodem Dno Joanne, & Dna ejus uxore Legatariæ deligen- „dis absque ulla tamen manutentione dictarum apocharum, debitorum „mei hæredis.

Arque hoc est illud primum Legatum quod Testator condito suo testamento cum aliis quam plurimis hic non pertinentibus in separata carta addiderat, cuiusque verus ac genuinus sensus accusatus perpendendus, ut per causæ decursum ad eum absque inutili & iterata repetitione provocari possit. Clara itaque & aperta Testatoris voluntas in hocce primo Legato eo tendit, ut Margarittæ Nepti suæ, uxori Joannis de Pietra Plana legaret Rhenenses mille, & quingentos de thronis quatuor & dimidio, ea tamen conditione, ut hac summa comprehensi intelligerentur Rhenentes mille & quingenti, quos ex augmentatione Dotis per testatoris fratrem promissa Testator in se receperat. Ne autem hujus legati proprietas Legatariæ Margarittæ Marito penitus inutilis esset, Testator speciali declaratione hujus Legati usum Legatariæ Marito liberum reliquit. Tandem Testator eodem testamento Joanni Pietra Plana, qua Legatariæ Margarittæ Marito vestes suas nigras omnes, ac moralium libro- rum usum reliquit.

§. 3.

Nunc & posterius seu Codicillare Legatum videamus. Hujus verba sequentia sunt:

„Memor etiam, quod fecerit unum legatum scriptum in una Schedula ad favorem ipsius Domini Nepotis Pietra Plana, ita praesenti Codicillo disposuit, & reliquit eidem titulo particularis Legati totum Capitale, quod sibi debet Domus Thunn, cuius apacha seu chyrographus illico post suam (Testatoris) mortem consignari eidem (haeredi) debebit demitis duntaxat interusuriis proxime maturandis, quae vult salva & reservata ad favorem sui haeredis, volens ideo, quod in dicta summa comprehensi intelligantur ab ipso Dno Pietra Plana, & sic compensati Rhenenses 150. salvo, quos in augmentum Dotis ei constituit Dominus Franciscus Sororius & Nepos respective volens dein, quod ipse Dnus Pietra Plana exigat proprio incommodo & sumtibus idem Capitale absque ulla manutentione Dni Haeredis. Insuper eidem reliquit & donat viginti quos sibi debet pro pecunia mutuata, & hac ratione incommodi pro cubili habito ad ponendum granum. Reliquum vero ipse Dnus Pietra Plana integre solvet domui Dni Bernardini, casu quo debitor evadet ex competitis ineundis, ideoque non poterit aliud prætendere de dictis Rhenensibus 150. intendens dicto Capitali Thunn, idem Dnus Codicillator solvere ante dictum Capitale.

Voluntas itaque Testatoris in hoc secundo seu codicillari Legato haec fuit: Codicillator memor se fecisse Legatum in favorem Nepotis Pietra Plana praesenti Codicillo pro, seu in, seu titulo particularis legati eidem relinquimus apocham Thunianam, his conditionibus, ut 1^{mo} institutus Haeres de evictione hujus apochae non teneretur, 2^{do} Legatarius id, de quo secundum computus faciendos Haeredi debitor remaneret, solveret, 3^{to} denique sub hoc Legato Rhenenses 150. Margarittæ Legatarii uxori titulo Dotis debiti comprehensi intelligerentur. Quibus præmissis constat, institutum haeredem Appellanti Pietra Plana apocham thunianam tanquam ultimum & codicillare Legatum tradidisse, prioris Legati solutionem autem ideo ex hac ratione recusasse, quod illud prius & testamentarium Legatum in subsequenti & codicillari per testatorem revocatum fuisset.

§. 4.

Revocatio seu ademtio Legati est actus, quo per contrariam Legatis voluntatem facta, aut conjecturis declaratam, Legatum antea recte reli-

relictum iterum adimitur. (d) Duplici nimirum modò Legatorum ademptionem fieri posse, communis Doctorum sententia est. Illa aut ex testatoris facto, aut ex Conjecturis inducenda est; & quidem in quantum ad primum, seu ad testatoris factum pertinet, illud iterum ex sua natura vel facto anteriori contrarium est, quo pertinent Cancellatio, Deletio, Incisio, Rasura: (e) Aut ex Testatoris factò quidem, sed oblique tantum, ac indirecte resultat, quo rei legatae alienatio, legati nominis ab ipso Testatore facta exactio, & his similia spectant: (f) Aut denique conjecturarum adminiculo, aut posterius Testatoris factum, aut ipsa temporum ac rerum series ita consideratur, ut vel exinde anterioris Legati revocatio tanquam legitima ac necessaria quadam consequentia fluat &c. (g)

§. 5.

Primum quod attinet, seu in quantum Testatoris factum pro solidō revocati Legati fundamento sumi pesset, in praesenti casu haud existere poterat. Et enim Testator post conditum Codicillare Legatum, primum illud testamentarium, quo Margarittæ Pietra Plana Rhenenes mille & quingenti quoad proprietatem, Marito vero praestita sufficienti Cautione ad usum relicti fuerant, nec Cancellatione, Deletione, aut Rasura vitiavit, nec etiam posteriori suo Legato expresse declaravit, se prius illud, & Margarittæ Pietra Plana relictum Legatum revocasse, nec aliud supereft, quam ut videamus, an posterius illud seu Codicillare Legatum ex interna sua dispositione ita comparatum sit, ut per certam, sufficientemque conjecturam prioris Legati revocationem probare possit.

Atque hic iterum communis Doctorum sententia pro fundamento sumenda est, quæ in omnibus & per omnia, quoties inter hæredem & Legatarium ex Praesumptionibus interpretatio facienda est, pro Legatario contra hæredem stare consuevit, partim quia Testator, dum potuit, Legem apertius non dixit, partim cum Legatario de danno vitando certante Hæres eo magis de lucro captando agat, quo manifestius in singula Testatoris Jura Succedens singula quoque ejus facta præstare teneatur: quo pertinent ea, quæ L. I. 3. §. 5. II. 12. ff. de adimendis vel transferendis Legatis, & passim occurunt.

N 3

§. 6.

(d) L. 4. ff. de adimendis vel transferendis Legatis. (e) L. 16. ff. de adim. vel transf. Leg. (f) L. 24. §. 1. de ademt. aut translat. Leg. L. 75. §. 2. de Leg. 1m9. (g) L. 3. §. 1. L. 3. §. fin. L. 4. L. 30. L. 23. ff. de adim. vel transf. Leg.

§. 6.

Et licet certæ quædam ac necessariæ conjecturæ existant, ex quibus prioris Legati revocatio per Testatorem facta prona ac necessaria quædam consequentia fluat, ut dum Legatum ob causam relictum hac causa cessante ademtum dicitur: (b) Aut si Testator in postrema quadam scriptura Legatarium pessimum hominem dixerit: (i) Hujus aut similis conjecturæ Probatio tamen in præsenti casu eo magis deficiebat, quo clarius in sequentibus probabitur, Testatorem Turcati & Neptem Margaritam Pietra Plana, & ejus Maritum voluisse remunerari, sicque & Testamentarium uxori, & Codicillare Marito relictum Legatum una stare posse. Prius autem quam rationes, quibus ad utriusque Legati valorem perducor, exponam, in fundamenta Partis Appellatae æque, ac rationes decidendi per judicem à quo allegatas inquirere necesse erit.

§. 7.

Partis appellatae fundamenta in actis 1^{ma} Instantiæ æque, ac in Appellatorio producta sequentia fuere;

1^{mo} Haud dubitandum esse, Testatorem per ultimum & codicillare Legatum primum seu testamentarium revocasse, cum in primordio codicillaris Legati dicat, se prioris Legati memorem esse, per verba, *Memor se fecisse unum Legatum in una schedula in favorem Nepotis Pietra Plana*; aperti siquidem Juris esse, per Legatum posterius cum commemoratione prioris factum, anterius revocari, cum & inter alia Lex 88. ff. de condit: de demonst. clare dicat: nisi cum commemoratione superioris Legati posteriorius scriptum fuisset, tunc enim superiorius revocari.

2^{do} Primum illud Legatum fuisse genericum, utpote in quo Testator summam 1500. Rhenensium absque restrictione ad certam, determinatamque apocham legaverat, secundum vero seu Codicillare legatum specificum esse, cum in eo Apocha thuniana in specie legata fuerit. Ex quo iterum appareret, Testatorem primum seu genericum Legatum in secundum qua specificum permutasse, arg. L. 18. ff. de fundo instruto, & 98. ff. de Legatis 3^{to}. injuste itaque per legatarium & genus & speciem simul peti. Omnia vero maxime

3^{to} Testatoris voluntatem ex eo intelligi, quod compensationem Dotalitii 150. florenorum in primo testamentario Legato ordinatam, in secun-

(b) L. 2. Cod. de his quæ sub modo. L. 73. princ. ff. ad SCrum Trebelianum. (i) L. 13. ff. q. 1. de adm. Leg.

secundo codicillari iterum perceperit: si quidem ex eo aut prioris Legati abolitionem probari, aut statuendum esse, testatorem eandem rem bis, siveque absque omni fundamento, utilitate aut effectu frustra perceperisse, quamvis & ex Jure communi per iteratam hanc, & in utroque Legato positam ordinationem prioris Legati per testatorem facta revocatio probaretur, cum L. 6. ff. de adim: vel transf. Leg. diserte disponat, si id, quod à Titio dedi, à Mevio dem, quamvis soleant esse duo ejusdem rei Debtores, tamen verius est, hoc casu ademtum esse legatum.

4^o Verba Testatoris, quibus in Codicillo dixit, *relinquo pro particula-ri Legato*, non eo interpretanda esse, ac si illud Legatum Codicillare Legatum quoddam particulare seu prælegatum esse voluisse, sed Testatorem potius per verba *particularis Legati* prius Legatum testamentarium qua genericum revocasse.

5^o exordium codicilli Testatoris voluntatem demonstrare, cum ibi hæc verba contineantur, *volens addere, mutare, addidit, mutavit*, ex quibus videre esset, testatorem priori Legato quoad summam addidisse, illudque de generico in specificum permutasse, hoc que.

6^o eo magis veritati consentaneum esse, cum neque præsumendum foret, Hæredem ex Testatoris voluntate duplici Legato fuisse gravatum.

Hisce partis appellatis fundamentis Judex à quo in rationibus decidendi addidit,

7^o Testatorem in Codicillo deliberato consilio dixisse, *lego totum Capitale thunn*, ut inde intelligeretur, hoc legatum non ad 1500. Florenos antea legatos restrictum esse, sed magis primum qua genericum in subsequens qua specificum fuisse permutatum. Denique

8^o In sententia à qua quinque Conjecturas per se non spernendas, nempe Decus & dilectionem propriæ familiæ, Patrimonium Testatoris perse non ita amplum, Legatum vero codicillare seu secundum ad duo millia florenorum, sic que per se jam satis auctum: tandem nullam adesse Præsumptionem, qua suadente Hæredi duplicitis legati onus imponendum esset.

§. 8.

Nec tamen hæc & per Partem Appellatam, & per judicem à quo producta argumenta senatum movebant, ut hæredem à Præstatione duplicitis Legati absolveret: siquidem quoad

1^o non hic ad rem facere videtur, an Testator in codicillari Legato anterioris seu testamentarii memor, aut non memor fuerit, cum nec propitio jure, nec etiam propitia fana ratione dici possit, testatorem illud

104 Observat. DCXVIII. Ademtio Legati supponit in Testatore &c.

illud Legatum anterius, cuius in posteriori se memorem profitetur, ex hac sola prioris Legati recordatione revocasse, imo & e contrario multo magis rectæ rationi consentaneum erit dicere, testatorem illud testamentarium Legatum, cuius in codicillo se memorem profitetur, firmum ac validum vel ea propter reliquise, quod, dum ejus memorem se profiteretur, illud non revocaret, imo, & quod amplius est, ipsa primordia Legati codicillaris verba ex sua natura aliud omnino dicunt, quam quod per Partem appellatam inde deduci voluit.

Verba Legati sunt: *Ricorde vole pure d'aver fatto un Legato &c. hoc est, memor se fecisse Legatum scriptum in una carta ad favorem Nepotis Pietra Plana sic, presenti, id est praesenti Legato, dispositi, & reliquit pro particulari Legato eidem totum Capitale Thunn.* Codicillator itaque se memorem dicit Legati quod in favorem Nepotis Pietra Plana fecerit. Quis ergo non videt, sub hac prioris Legati commemoratione illud Legatum intelligi non posse, quo Nepti Margarittæ in Testamento 1500. florensi legati fuerant, cum codicillator non se memorem Legati dicat, quod Nepti Margarittæ, sed illius, quod Nepoti Pietra Plana relictum fuerat. Neque hic ad rem facit, quod in memorato legato testamentario Margaritta Neptis quoad proprietatem, ejus vero Maritus seu hodiernus Appellans post praestitam sufficientem ac idoneam cautionem in usufructu institutus fuerit. Et enim haec testatoris Dispositio Legatario Pietra Plana, in quantum ad usum pertinet, nihil omnino dedit, quod non tacente etiam testatore, & propitio solo jure, eidem non concessum fuisset. Communis enim ac recepta Juris regula est Marito in omnibus, in quibus proprietas ad uxorem pervenit, praestita sufficienti cautione usum competere. Non ergo testator addita hac clausula Legatario Marito aliquid commodi addidit, aut ut clarus loquar, ipsum cum uxore in legato conjunxit, sed multo magis legataria Marito usum rei legatae, ex Jure cæteroquin competentem ad sufficientem ac idoneam cautionem restringere, sicque in quantum penes ipsum stetit, duriorem fecit.

Tantum ergo abest, ut haec in odium moderni Appellantis facta restrictio pro particulari Legato sumi possit, de quo antecedenti Legato autem testator in codicillo locutus fuerit, testamentumclare monstrat.

Supra dictum est, testatorem Appellantem Pietra Plana vestimenta sua nigra reliquise.

Verba sunt. *Item relinquo Duo Nepoti Gerhardi de Pietra Plana omnes meas vestes nigras, si exstabunt, tam ex lana, quam ex Panno vel serico, excepto Pallio cesso una cum usu librorum meorum moralium pro filiis &c. atque hoc est*

Observat. DCXVIII. Adentio Legati supponit in Testatore &c. 105

est illud Legatum, de quo Codicillator in ultimo codicilliari Legato locutus est, ac quod ille fortassis nimis exiguum inveniens, addita, legataque apacha thuniana auxit.

S. 9.

Quod ipsum Testator manifeste dicere voluit, dum in Codicilliari Legato ante dictis verbis usus est, Menor se fecisse Legatum in una schedula in favorem Dni Nepotis Pietra Plana, sic praesenti Codicillo dispojuit & reliquit eidem titulo particularis Legati totum Capitale Ibunn: siquidem Verba: Reliquit titulo particularis Legati, si aliquid operari debeant, alium omnino sensum habere non possunt, quam quod testator stante & manente anteriori Legato subsequens qua particulare addiderit. Mirum adeo, quomodo Pars Appellata in Interpretatione hujus loci anxia fuerit. Verba Italica dicunt: *Colli Sathia al medemo per particular Legato*, quod Pars Appellans interpretata est, ita relinquit eidem titulo particularis Legati.

Pars Appellata autem, sic relinquit eidem pro particulare Legato. Vanus omnino & inutilis verborum lusus; testante grammatica enim sic relinquit & ita relinquit titulo particularis Legati, pro particulare Legato, idem omnino dicunt, nec eorum differentia aliter, quam in subtilissima ac per Testatorem nunquam cogitata distinctione inveniri poterit. Sufficit, codicillantem hoc suum Legatum particulare nominasse, ac per illud voluisse, ut prior ac antecedens dispositio prorsus ac per totum immutata maneret. Atque hoc ipsum adver tens Pars Appellata verba particularis Legati, quantum fieri poterat, detorquere conata est, dum testatorem posterius Legatum vel ideo particulare nominasse dixit, ut priori qua generico opponeretur, ac exinde appareret, hoc particulare Legato pri-
mum qua gen ricum fuisse sublatum.

At vero est haec unanimis Doctorum sententia in Interpretatione ultimarum voluntatum, verba, mentem, conjecturas, ac temporis ordinem, ingeniosas vero ac frivolas ingenii subtilitates nunquam locum habere. Quis vero non videt, verba *relinquo pro particulare Legato*, absque quam longe petita ingenii subtilitate pro legato specifico, quatenus generico, ut pars toto opponitur, sumi non posse, quis inquam, non videt, simplicem, naturalem & genuinam, sicutque codicillantis intentioni magis congruam interpretationem eam esse, ut verba pro particulare Legato idem dicant, ac si testator manente ac non interrupta priori sua Dispositione hocce Legatum Codicillare tanquam particularem quandam Dispositionem in favorem Nepotis addere voluerit?

Tom. II^{di} pars secunda.

O

s. 10.

§. 10.

Neque etiam subsequens Partis Appellatae fundamentum magis probat. Testator in primo suo testamentario Legato Margarittæ Pietra Plana relicto dixerat, se sub hoc legato comprehendisse solutionem 150. florenorum, quos defunctus Patrinus, ut augmentum Dotis promiserat, & in secundo codicilli Legato verat Legatario Pietra Plana de 150. florenis ejus uxori pro augmentatione Dotis promissis aliquid petere, & ex eo Pars Appellata concludit, per repetitam hanc pecuniæ dotalitiæ compensationem in posteriori codicilli Legato testamentarium fuisse sublatum. At vero hanc per Testatorem bis factam Pecuniæ dotalis compensationem ex se prioris Legati revocationem non inferre, res ipsa loquitur. Quid enim si testator Legatario per testamentum mille reliquisset, sub conditione, ut ipsum sepeliret, dein in codicillo huic ipso Legatario legasset bis mille, addita conditione, ut sepeliretur, patet, Legatarium ex testamento mille, ex codicillo duo millia capere, & ad sepeliendum testatorem teneri. Hoc ipsum quoque in praesenti casu Juris erit, dum Legataria Margaritta ex testamento 1500. Legatarius Pietra Plana ex codicillo 2000. florenorum capient, sive vir & uxor debito Dotis augmentatione renunciarunt. Detur denique testatorem ex superflua quadam ac inutili Prae cautione eandem rem Legatario bis ordinasse, non video, quo Jure inde sufficiens quedam conjectura pro revocando Legato de se cæteroquin valido deduci possit.

§. 11.

Neque codicilli exordium ademtionem prioris legati probat. Nam Eget testator in eo dixerit, se codicillum vel ideo facere, ut testamentaria voluntati adderet, ac priora in ea contenta mutaret, non tamen exinde sequitur, codicillare Legatum pro mutatione testamentarii habendum, cum eodem, imo meliori Jure dici possit, hoc Legatum ut additamentum prioris considerandum esse, ac vel eapropter testatorem in Introitu dixisse, se quædam priori suæ voluntati additum. Ultimato tandem levis omnino, nec quicquam probans conjectura est, si vel inde testamentarii Legati revocatio deducatur, quod non presumendum foret, haeredem ex testatoris voluntate duplici legato gravatum esse, cum haec Præsumtio neque rectæ rationi repugnet, neque Testatoris voluntati contraria videatur.

Hæreditaria substantia toto, prout testantibus actis per Partem appellatam producto Inventario manifestata fuit, ad 18000. florenorum se exten-

Observat. DCXVIII. Ademtio Legati supponit in Testatore &c. 107

extendit. Si itaque consideretur, Hæredem Testatoris ex fratre filiam, legatariam vero Testatoris itidem ex fratre filiam esse, non videtur, quo jure exorbitans ac non præsumenda dispositio dici possit, per quam in hæreditate ad decem octo florenorum millia se extendente, Legatario eodem gradu ac ipse Hæres Testatori conjuncto, in duplici Legato tria florenorum millia relicta dicantur.

§. 12.

Et sic quoque allegatæ quinque conjecturæ, quibus Judex à quo in rationibus decidendi usus, nihil probant. Nam decus & dilectio familiæ inter fratri filium & fratri filiam tantum non distinquent, ut dum ille hæres instituitur, hæc non tria florenorum millia titulo Legati capere possit; & si etiam nominis seu familiæ in fratri filio remanentis hic consideratio fieri debeat, ei certè in consideratione Hæreditatis ad 18. florenorum millia se extendentis cum Legato ad 3000. restricto per ipsum Testatorem satis factum videtur.

§. 13.

Quod si itaque consideretur, Legatum primum seu testamentarium Margarittæ, secundum seu codicillare ejus viro Pietra Plana relictum, primum seu testamentarium ad florenos 1500. de thronis quatuor & dimidio, posterius seu codicillare ad 2000. florenos restrictum, primum seu testamentarium partim in Apocha, partim in pecunia numerata, secundum totum in Apocha thuniana, primum denique post spatium mediæ anni à morte Testatoris, alterum verò statim post Testatoris mortem deberi, plusquam manifestum est, duo hæc legata persona, re, tempore, & quantitate inter se distincta esse, ut omnino non appareat, quo modo, aut quo Jure unum in aliud permutatum, aut anterius per subsequens revocatum dici possit.

§. 14.

Si tamen hic non expressa Testatoris voluntate, sed præsumptionibus pugnandum esset, plura hic omnino, imo & fortiora fundamenta non deessent, quibus utriusque Legati valor probari posset. Nam prout per se patet, Testatorem primum illud testamentarium legatum Margarittæ Pietra Plana Jure sanguinis reliquise, ita & Appellantis Servitia Testatori per tot annos præstata, & in actis aliquot testium elogiis comprobata monstrant, posterius & codicillare Legatum eidem titulo remunerationis datum.

O 2

§. 15.

§. 15.

Quibus omnibus accuratius consideratis, cum primo nec ipsa Legati codicillaris verba revocationem prioris Legati includant, nec secundo gravis ac sufficiens Præsumtio adsit, ex qua tacita prioris Legati revocatio deduci possit, imo tertio & communis legatorum favor, & servitia ab Appellante per tot annos Testatori præstata, utriusque Legati valorem corroborent;

Sent. 10. April 1761. publ.

In Causa Joannis Antonii Gerardi de Petra Plana uxoriæ nomine Appellantis ex una contra Bernardinum Turcati Appellatum ex altera partibus dicimus & pronunciamus, per Judicem prioris Instantiæ male judicatum, bene appellatum, proinde ejusdem sententiam reformandam, & appellatum quæ institutum hæredem Testamentarium non solum ad extraditionem Apochæ Thunianæ, sed & ad solutionem 1500. florenorum de thronis quatuor & dimidio vi Legati Appellantis uxori quoad proprietatem, ejus marito vero quoad usum fructum præstata cautione relictorum condemnandum esse, prout hisce reformamus & condemnamus, expensas ex causis nos moventibus compensantes. Porro prædicto Appellato ad docendum, huic sententiæ per omnia paritum esse, tempus 3. D p. t. & p. ex off. præfigimus, sub tali comminatione, nisi ita egerit, quod præfatus appellatus ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc in pœnam 10. marcarum auri puri pro una medietate fisco nostro Cæfareo, pro altera vero medietate Appellantи irremissibiliter persolverandam declaratus esse, & in puncto realis executionis ad ulteriorem implorationem fieri debeat, quod juris.

OBSERVATIO DCXIX.

ASententia provisionali Leodiensi propter abusum Privilegii valet ad suprema Imperii Tribunalia appellatio.

AB eadem Appellationem admittendam esse, ubi Terminos iustos excessisse arguitur, jam observavi supra obs. CCCLXXXVII.

Perinde vero est, siue eam Terminos iustos excedere, siue abusum Privilegii dicas.

Quamobrem ad votum Reserentis in Causa Dionantensis Montis Pietatis administrator & Cons. contra de Godin:

Die

Observat DCXIX. A Sententia provisionali Leodiensi propter &c. 109

Die Fatalia seyen in dieser Sach richtig observiret, und an der Summa appellabili kein Zweiffel, Sententia à qua seye zwar stativa seu potius confirmatoria Sententiae de anno 1715. provisionaliter latæ, von welcher nach dem bekannten Lüttichischen Privilegio, keine Appellatio statt habe.

